7 bonitas. 7 omnipotentia 7 substantia 7 immutabilitas 7 iustitia. et sa
pientia 7 quecumque huiusmodi. i. diuersum quidem nomine idem
uero re excogitari potest. de diuinitate. i. de patre et filio et
de spiritu sancto substantialiter dicuntur. cum una usya uel diuisim. uel simul dicuntur
uerus. iustus. bonus. omnipotens. subsistens. immutabilis. for-
tis. 7 huiusmodi aliis ab eadem usya nominibus esse id quod sunt primum.
Hec si 7c. Quasi. Quod pater et filius et spiritus sanctus non de diuinitate
substantialiter predicantur michi uideor rationationibus predictis que ex
katholica fide habent initium demonstrasse. Tuum tamen o iohannes
super his iudicium expecto. Si igitur hec se habent recte secundum locum
rationum theologicis conuenientium. et si esse rationes sunt. ex
fide. i. iuxta catholicam fidem. peto ut tue contestationis au
ctoritate me instruas. i. in eorum que dicta sunt intelli
gentia confirmes. aut si forte diuersus es a me aliter sen
tiendo de aliqua re. i. de aliquo predictorum. peto ne rationem pro
fictam fidem. uel fidei profabricatam rationem prius iudices. sed
diligentius. i. ualde diligenter intuere que dicta sunt
uel esse catholice fidei. uel de his que tenet fides catholi
ca sequi. et si fieri utrumque potis. fidem. rationemque coniunge. ut
.s. primum ex fide auctoritas rationi. deinde ex ra
tione assensio fidei comparetur;

Explicit expositio Giselberti episcopi pictauen
sis ~~episcopi~~ in librum boetii utrum pater et filius
et spiritus sanctus de diuinitate substantialiter
predicentur. Incipit expositio eiusdem
in librum de bonorum ebdomadibus.

7 quecumque huiusmodi
excogitari potest.
substantialiter de diuina
te dicuntur: Hec si
recte 7 ex fide
se habent. ut me
instruas peto.
aut si aliqua re
forte diuersus
es diligentius
intuere que dicta sunt.
et fidem si poteris
rationemque coniun
ge. Explicit
liber boetii ad sanctum iohannem diaconum ecclesie utrum
pater et filius et spiritus sanctus de diuinitate substantialiter predicentur.
Incipit eiusdem ad eundem liber de ebdomadibus bonorum.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs367/0112
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg